



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

& officio ab exquisitissimis per Germaniam Symphoniacis inter suavissimos modulos, atque si les dulciores rarissimâ Harmoniâ decantatis, S. SABINVS eadē, quâ inductus fuerat pompâ, festivè *in Arcem eductus, sacrario eiusdem impositus est, serenissimorum & urbis Tutelaris futurus. Ex Annal. Collegij.*

XXVIII.

IN *Hoven ad Sulpiacum Virginum nobilium in Parthenone, Venerabilis GVDÆ Virginis Converse* memoria, quæ singulari obedientiâ, submissione, charitate, morum candore, & laborum patientiâ ita conspicua, DEO QVE grata fuit, ut culinaria officia obeunti CÆLITES cum Puerio IESV multâ luce spectabiles frequenter assistere visi sint. *Ex Fast. Gelenianis.*

XXX.

IN *Patrum Societatis IESV EIFFLIÆ Collegio S. DONATI Martyris Translatio, quem anno post Servatoris adventum M.D.C.LII Ramâ eidem Collegio dono milit admodum reverendus in CHRISTO Pater GOSWINVS NICKEL ex Coslar Iuliacensis Ducatus, decimus Soc. IESV GENERALIS ex Cœmeterio S. AGNETIS extra*
portam


Portam Nomentanam, in Theca ex cedrino quadrilaterâ Eminentissimi MARTII CARDINALIS GINETI manu & sigillo munita: additis R. P. FLORENTII MONTMORENTII, aliorumque legitimorum literis & testimonijs. Sancti huius DONATI Martyris CORPVS magnâ tam incolarum, quàm accolarum omnis ætatis & statûs procedentium pompâ, expago WEINGARTEN in urbem Monast: EIFFLIÆ usque ad novę Soc. IESV fabrica locum (in quo primus id temporis Collegij Lapis ponebatur) inter frequentes civium & arcis festivas explosiones deportatum est; solemni ritu sacra Vrnâ apertâ ingenti spectatorum venerationis sensu Martyris LIPSA NA ostensa sunt: quibus adiuncta lampas instar conchæ; ampulla etiam vitrea, sed diffracta, & adhuc sanguinolenta, tres quoque ferrei anuli filo ferreo nexi, vetustate ferè consumpti, quoddamque aliud (auguramur instrumentum Martyrij fuisse) cuius ansa incurva, altera eius pars latior stricta. Quibus ostensis & visis iterum arcula conclusa est. Inde magnificâ cæremoniâ *primi lapidis positio peracta*, sacròque solemnissimè decantato, eâdem festivâ processione sacer THESAURVS, ad sacellum S. MICHAELIS quo Societas

Societas

Societas nunc pro templo utitur, delatus est, tamdiu istic piâ veneratione colendus, donec in nouum, quod DEO adiuuante nunc confurgit templum, tansferendus, debitâ religione ac cultu honoretur. Ob tempestates noxias, ipso invocato, sæpius mirabiliter Cælo serenato fugatas, eius publico typo expressæ imagines, unâ cum tribus Chronographicis, sacrum eius adventum exprimentibus, illud Ecclesiæ adiectum supplicium: S. DONATE Martyr ora pro nobis, ut liberemur à fulgure & tempestate. Ex eius Collegij Annal.

IVLIVS.

Die I.

 **H**UMBIS, siue in pago Thumb prope Nideccam Iuliacense Municipium translatio trium SSS. Virginum FIDELI, SPEI & CHARITATIS filiarum S. SOPHIÆ, que sub ADRIANO Cesare anno partæ salutis C. XXX. cum neque blanditijs, neque minis à Christianâ fide declinantes parate potius mori, quàm fœdari moribus Ethnicorum, constanter prætoris impietatem essent detestatae ferro cæsæ victrices animas Cælo transmiserunt. Triumphat etiâ insigni hac Virginû

Q

Triade